UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De forma in provisione Beneficiorum servanda in communi. Tit. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-62028

Visual Library

TITULUS V.

De forma in proviſione Beneficiorum ſervanda in communi.

SUMMARIA.

1. *Beneficia conferenda in forma, eaq; ſive communi, ſive parochialibus, ſive ſimplicibus.*
2. *Quali in communi.*

1 VIdimus, quando & inter quæ tempora de beneficiis ſit providendum; videndum nunc *quâ formâ*: Idque ſive *in communi*, ſive *in Parochialibus*, ſive *in ſimplicibus*.

2 Sciendum *in communi*. In collatione & proviſione beneficiorum obſervandam eſſe formam à Jure, ſtatuto, conſuetudine, vel fundatione præſcriptam: ſi ſecus facturus & proviſio erit nulla. *Puteus deciſ.* 338. *lib.* 1. Nam forma non ſervata actus corruit. *Felin. in c. cum dilecto.* 22. *in fin. de reſcript. Brunus in tract. de forma. Everard. in loco, à defectu formæ.* Nec poterit, etiam in foro conſcientiæ, beneficium proviſum acceptari, aut retineri ſecundum Covarruv. *in reg. peccatum.* 2. *part.* §. 3. *num.* 9. Molin. *de Juſt. & jure. tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 81. *circa fin. verſ. ad dictum Innoc.* Salon. 2. 2. *qu.* 5. *de dom. art.* 4. Leſſium *de juſt. & Jure. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 2. Banner. 4. *concluſ.* Omninò, niſi dolus intervenerit, ſecundum Flamin. Pariſ. *de confiden. qu.* 114. *à num.* 34. Innoc. *in c. quod ſicut.* 28. *num.* 11. *de elect. & in c. fin. de Clerico. excom.* Abb. *in c.* 1. *de conſtit. ubi Felin. num.* 39.

TITU-